



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

Recessus Sacerdotalis post Administratum S. Pœnitentiæ Sacramentum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

Exercitium

mine † Patris, & † Filii, & Spiritus
† Sancti. Amen.

Nos cum Prole Pia, Bene†di-
cat dulcis Virgo Maria.

IN actuali exitu ad S. Tribunal recite-
tur vel *hymnus de S. Spiritu*: Vel
Rythmus: *Anima Christi, sanctifica me.*
Dum surgitur ex Confessionali, sic sta-
tim in ore *Te Deum Laudamus.*

Recessus Sacerdotalis

post

Administratum S. Poenitentiae
Sacramentum.

Antiphona.

Magnificat anima mea Dominum,
quia respexit humilitatem meam.

Psalms 117.

Confitemini Domino, quoniam in
saeculum misericordia ejus.

Dicat nunc Israël, quoniam bonus:
quoniam in saeculum misericordia
ejus.

Dicat

post S. Confessiones.

Dicat nunc domus Aaron: quoniam
in saeculum misericordia ejus.

Dicant nunc, qui timent Domi-
num: Quoniam in saeculum misericor-
dia ejus.

De tribulatione invocavi Dominum:
& exaudivit me in latitudine Domi-
nus.

Dominus mihi adjutor: non timebo,
quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adjutor, & ego de-
spiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in Domino:
quam confidere in homine.

Bonum est sperare in Domino:
quam sperare in principibus.

Omnes gentes circuierunt me: & in
nomine Domini quia ultus sum in eos.

Circumdantes circumdederunt me:
& in nomine Domini quia ultus sum in
eos.

Circumdederunt me sicut apes: &
exarserunt sicut ignis in spinis: & in no-
mine Domini, quia ultus sum in eos.

Impulsus eversus sum, ut caderem:
& Dominus suscepit me.

Exercitium

Fortitudo mea, & laus mea Dominus,
& factus est mihi in salutem.

Vox exultationis, & salutis : in ta-
bernaculis justorum.

Dextera Domini fecit virtutem : Dex-
tera Domini exaltavit me : Dextera Do-
mini fecit virtutem.

Non moriar, sed vivam : & narrabo
opera Domini.

Castigans castigavit me Dominus : &
morti non tradidit me.

Aperite mihi portas justitiæ : Ingres-
sus in eas confitebor Domino : Hæc
porta Domini, justi intrabunt in eam.

Confitebor tibi, quoniam exaudisti
me : & factus es mihi in salutem.

Lapidem, quem reprobaverunt ædi-
ficantes, hic factus est in caput anguli.

A Domino factum est istud : & est
mirabile in oculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit Dominus :
Exultemus & lætemur in ea.

O Domine salvum me fac : O Domi-
ne benè prosperare : Benedictus, qui
venit in nomine Domini.

Bene-

post S. Confessiones.

Benediximus vobis de domo Domini : Deus Dominus & illuxit nobis.

Constitute diem solemnem in condensis, usque ad cornu Altaris.

Deus meus es tu, & confitebor tibi, Deus meus es tu, & exaltabo te.

Confitebor tibi, quoniam exaudisti me : & factus es mihi in salutem.

Confitemini Domino, quoniam bonus : quoniam in sæculum misericordia ejus.

Gloria Patri, & Filio &c.

Psalmus 121.

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi : in domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri : in atriis tuis Jerusalem.

Jerusalem quæ ædificatur ut civitas : cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus tribus Domini, testimonium Israël ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum David.

Exercitium

Rogate, quæ ad pacem sunt Jerusa-
lem : & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua, & abundantia
in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos
meos, loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri,
quæ sibi bona tibi.

Gloria Patri &c.

Psalms 116.

Laudate Dominum omnes gentes :
laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata est super nos
misericordia ejus : & veritas Domini
manet in æternum.

Gloria Patri &c.

Repetitur Antiphona.

Magnificat anima mea Dominum,
quia respexit humilitatem meam.

Kyrie eleison, Christe eleison, Kyrie
eleison.

Pater Noster.

ʒ. Et ne nos inducas in tentationem.

ʒ. Sed libera nos à malo.

ʒ. Con-

post S. Confessiones

Ÿ. Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis,

R. A templo sancto tuo, quod est in Jerusalem.

Ÿ. Adjuva nos Deus salutaris noster.

R. Et propter gloriam Nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris.

Ÿ. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

PRæsta nobis, quæsumus Domine, auxilium gratiæ tuæ: ut, quæ te auctore facienda cognovimus, te operante impleamus.

Deus, qui diligentibus te facis cuncta prodesse; Da cordibus nostris inviolabilem tuæ charitatis affectum, ut desideria de tua inspiratione concepta, nullâ possint tentatione mutari.

Domine Jesu Christe! Fili Dei vivi, suscipe hoc obsequii nostri ministerium in amore illô superdignissimô, quô Bea-

e s

tissi-

Exercitium post S. Confessiones.

tissimam Mariam Magdalenam, omnesque ad te confugientes peccatores absolvisti. Et quidquid in sacramenti hujus administratione negligenter, minusque dignè peregrimus, tu per te supplere, & satisfacere digneris. Omnes & singulos, qui nobis hodie, vel unquam confessi sunt, commendamus dulcissimo cordi tuo, rogantes, ut eosdem potenter custodias, suaviter dirigas, & à recidivâ paternè præerves, atque post hujus vitæ miseriam tecum ad gaudia perducas æterna. Id supplicamus te pro nobis, pro omnibus poenitentibus, & filiis spiritualibus per lacrymas, sudorem, & sanguinem tuum. Benedic igitur nobis cum Patre, & Sancto Spiritu, uberèmq; largire gratiam amplectendi semper, & in omnibus, ac ubique, nunc & in hora mortis tuam sanctissimam voluntatem.

Amen.

TA-